



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De sublacione clementinae literis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

oulares, qui faciunt quod possunt. *l. in iure. ff. de reg. iur.*

Septimo, quod si persona expulsa satisfecerit, statim sine alia absolutione & reabilitate assumi diuina poterunt, *ibi, mox diuina resumuntur*, quia cessante causa cessabit effectus. *l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante. de appel.*

Ciuitas quando interdicto supponi possit.

Octauo, licet vniuersitas non possit excommunicari, & omnes habitantes alicuius loci, quia ibi sunt pupilli, & furiosi, qui delinquere non possunt. *cap. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excom. in 6.*

Tamen bene potest vniuersitas & ciuitas supponi interdicto. *ca. si ciuitas. de sent. excom. in 6.* requiritur tamen quod ciuitas deliquerit ex consilii deliberatione, & conclusionem. *l. semper. §. si in sepulchro. ibi, communi consilio plurium. ff. quod vi aut clam. alibi de hoc scripsi, his nunc contentus.*

De sublacione clementinae literis.

Non statim verbis narratiuis Papae, etiam si super illis sit fundata intentio sua, super resignatione beneficii, aut depositione, vel in praedictam tenet, nisi per publica instrumenta, vel authentica, de hoc constet.

Nec non a constitutione de eorundem fiatrum nostrorum consilio editam, qua cum irritanti decreto statuimus, decernimus, & ordinamus, quod ex tunc de caetero perpetuis futuris temporibus de cessione regiminis, & administrationis ecclesiarum & monasteriorum facta per eos, qui ecclesiis & monasteriis ipsis praerant, seu illam administrationem, seu commendam, aut ut aliis vnitam aliis obtine-

In proemio supra est de antiquatione constitutionis clementinae, quam literis vocant, sed in idem remittit, unde nihil commutare voluit.

Nec non.) Licet de iure ex narratione in iure posita, vel in ordinatione non possit sumi argumentum a contrario pro decisione aliquarum causarum, nec etiam directo, *ut allegatur gloss. sing. in l. vna. C. quando non petentium partes.* Est tamen similis in *cap. audis. in verbo, ex post facto. de elect. §. in cap. fin. in verbo, non teneris. de dolo. in 6. §. in cap. vn. in verbo, collationem. de rerum permut. eod. lib. §. in cap. abbate. in verbo iudicio, de re iudic. ibidem facit cap. si Papa de priuileg. in 6. per Barb. in cap. filius. col. 6. num. 10. de testam. §. in c. Raynaldus. col. 6. §. ibi Bene. in verbo, testamenti. in in. num. 67. §. Barb. in cap. Raynaldus. col. 21. de test. ac. consil. 60. col. 5. in 1. vol. §. consil. 38. col. 10. 2. vol. Ioan. Franc. Bal. in repet. l. Celsus. 3. not. col. 5. ff. de vsucap. Ideo si in instrumento dicatur. Titius procurator talis, ut constet instrumento sumpto per talem, non per hoc probatur Titium esse procuratorem, nisi instrumentum ad quod fit relatio producat. *text. in authen. si quis in aliquo. C. de edend. §. ibi expresse Bald. §. alii. Alexand. consil. 181. lecto. col. 4. in 3. vol. & verba narratiua facientia mentionem, de vnione, non probant eam. Dec. consil. 522. in causa. col. 3.**

Verba narratiua non probant.

Tamen ex narratis per Papam (vbi sua fundatur intentio) de iure probatio oritur, *cle. literis de prob.* imo si narretur aliquid in literis principis quod sit de facto alieno, si motu proprio ita narrat, dummodo literae fundentur super dicta narratione, probant, *sic consuluit Alex. consil. 12. visa scripta. col. 1. in 7. vol. §. Soc. consil. 266. in causa. col. 11. verb. praeterea. in 2. vol. doct. in dict. cle. Pan. §. alii in cap. ad audientiam. per illum. text. de praescript. quod hodie etiam est correctum hic. & in pragmat. sanctio. vbi gloss. plenae & fertiles ponuntur, ad quas recurrito.*

Item non creditur Regi, vel principi, *Not. quoniam* imo nec Papae, si dicat in suis literis quod de non cretalis rebellis fuit, vel proditor, & ob id adauit pmissit feudum, quod ab ipso tenebat: quia testificatur in causa propria, in quantum est idoneus testis. *l. nullus. ff. de test. Dec. consil. 445. in casu. col. 11. §. consil. 528. pro resolutione §. consil.*

conf. 344. serenissimus. & conf. 576. in fin. & conf. 606. serenissimus. alias esset in potestate principis priuare aliquem iure suo sine causa. ex sola assertione. quod absurdum reputat Fel. in cap. que. in ecclesiarum. col. 3. de prescri. dixi in tract. de reprob. & saluatio. testium. quando testis in propria causa recipiatur. Et si vis scire quando verba enunciatiua seu narratiua probent, vide per Bar. & alios in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & in cap. si Papa. de priu. in 6. & quando proferuntur in iudiciis vel in contractibus seu in ultimis voluntatibus. aut in rescriptis. seu in privilegiis. vel in actibus liberatoriis. seu in actibus in quibus agitur de obligatione contrahenda. an probent. vide plenissime per Vitalem de cambanis. in tract. clausu. in clausula dedit & donauit Titio. & c. & que addidi ad d. l. ex hac scriptura.

¶ Notare debemus sequentia in hoc requiri titulo.

Narratiua verba vel enunciatiua. que sunt. Primò. quod verba sint narratiua. seu enunciatiua. quæ dicuntur ea. quæ narrant. vel enunciant aliquid præter substantiam actus gesti. doct. in c. si Papa. de priuileg. in 6. inferius declarabitur.

Secundo. quod illa verba sint narratiua resignationis beneficii. vel commedæ. aut administrationis. ibi. de cessione regiunis. vnde si Papa dicat conferimus tibi beneficium S. Seuerini. quod olim fuit coram nobis resignatum. nisi probetur resignatio non valebit prouiso. oportebit ergo per publica instrumenta. aut per authentica. probare dictam resignationem. nec poterit probari per ista verba. quod fuit resignatum coram nobis. quia sunt verba narratiua & enunciatiua. quæ non probant. l. ex hac. ff. de donat.

Resignatio vel vnio non probatur per verba narratiua. Idem si Papa diceret in suis literis. tale beneficium. quia aliàs fuit tali ecclesie vnium ad illam pertineat. nisi appareat de vnione hæc verba non probabunt vnionem. ideo opus erit illam probare. vt doct. no. in c. sicut vnire de excessibus. prel. & Perus. in tract. de vnione beneficio.

Idem si dicat prouidemus de beneficio S. Pauli Parisien. vacans per priuationem.

aut depositionem talis curati ultimi possessoris. illa verba non probant priuationem. nec depositionem. si non probetur per acta. vel instrumenta publica. seu authentica. hic. c. 2. de fide instr. vel procurator talis insinuauit literas nominationis. & c. non probatur eum esse procuratorem. vt dicitur Bal. in rubr. de fide instr. col. 6. quem refert Fel. in capit. nonnulli. §. fin. col. 5. verba. per illa de rescript.

Item dixi in aliis actibus. cum sit eadem ratio. vnde cum Papa contulisset beneficium in laici presentatione consistens. sub his verbis. prouidemus de tali beneficio. cuius collatio & prouisio ad nos deuoluta extitit. non crederetur illis literis de deuolutione. nisi probetur. vt scripsi in praxi. beneficii. in rescripto deuolutionis.

Tertio. quod ille actus resignationis. vel alius non probetur aliàs quàm per narrationem. alioque crederetur alteri instrumento publico de hoc facto. & in prag. est literis apostolicis. vel aliis quibuscuq. ergo vult habere locum in quibuscuq. literis ibidem.

Quarto. requiritur quod illa narratio præiudicet tertio. ibi præiudicium tertii. alioqui si tantum afferret præiudicium narranti. crederetur illis. per arg. a contrario istius text. doct. in l. beneficium. ff. de conf. p. m.

Quinto requiritur quod is. in cuius utilitatem factæ sunt literæ. probet. si pasci neget. contenta in literis esse vera. videlicet quod sit resignatum. vel alia narrata esse vera. vt in c. 2. de rescri. dixi in praxi. bene.

Sexto. probatio debet fieri per publica instrumenta. vel documenta authentica per istum text. & sic non poterit fieri probatio per testes. licet per prag. possit probatio fieri per testes. vt in illo text. patet. quia parem vim habent testes & instrumenta.

l. in exercendis. C. de fide instr. Tamen hic omisit de industria testes. volens non posse per testes probari. & hoc dicit iste text. ibi. altero ex præmissis modis doceretur. ergo aliis modis non recipietur probatio. quia de duabus ponit. & sic de aliis negat. cap. nonne de presump. l. cum preter. ff. de iudic. scripti in §. fin. supra. de nominatio regia.

Vitimo his verbis narratiua non crederetur etiam

*Verbanar-
ratiua an
semiplene
proben.* etiam quo ad semiplenam probationem, quia hoc totum negat. & hoc firmat gloss. prag. sanctio. in verb. non praeiudicent, nec in iudicio nec extra. ut in hoc rex. & ideo si conferatur alicui Titio clerico beneficium, non per hoc probatur clericus, per ipsum rex. quamvis contrarium teneat Fel. in cap. nonnulli. §. si. amplia. 4. de rescript. quia hic est statutum, quod si vidisset Fel. hoc non dixisset. alia videri possunt in gl. prag.

bant, seu resignatione a aliorum quorumcunq; beneficiorum ecclesiasticorum, seu cessione iuris in eis, vel ad ea quomodolibet competentis, aut priuationis, vel depositionis, aut censuram fulminatione, etiam in literis Apostolicis a nobis & sede Apostolica etiam motu proprio pro tempore emanatis, quae in manibus Romani pontificis factae dicuntur, contentis, etiam si super illis narratis fundaretur intentio, constare & apparere deberet per publica instrumenta vel documenta authentica, alioquin tam in iudicio quam extra illud narratiuis, & assertionibus huiusmodi in praedictum tertij minimè dari, nec ex illis alicui praedictum afferri deberet, nisi de huiusmodi narratiua & assertione, etiam in literis apostolicis facta, altero ex praemissis modis doceretur, innouamus, illamque perpetuis futuris temporibus inuolabiliter obseruari mandamus.

a *Resignatione.* Et sic videtur hic fieri differentia inter resignationem, & cessionem: ut resignatio dicatur de beneficio, cessione verò de iure, quod habet quis in eo, ista tamen differentia saepius confunditur:

ut superius scripsi in glo. cessionem §. monasterijs de nomina reg. a.

Notandum est tamen differentiam inter resignationem, & constitutionem procuratoris ad resignandam, illa enim facta reuocari non potest: cap. 3. de renuncia. §. c. quam periculosum. 7. q. 1. Nam re-
*Resignatio
& confi-
tutio pro-
de a dili. edict. hae vero si antequam pro-
curatoris
resignauerint, aliam differentiam ad resigna-
posui in gl. vt. in si. §. volumus supra de colla. dum diffe-
Verum, quia haec materia reuocationis
runt.*

procuratoris est utilis, & in curiis frequentissima, ob id aliqua hic duxi breui adnotanda, quae quotidie in forensi iudicio exercentur.
Imprimis figenda est nobis regula in be-
*Reuocatio
necialibus, quod procuratori constituto
ad resignandum debet notificari reuoca-
ris ad resi-
tio, antequam resignauerit, vel collatori
gnandum,
conferre valenti, alias cessione valebit, etiam
cui ini-
post reuocationem non notificatam. tex. in
mari de-
cle. vnica de renunc. ratio ibi ponitur, quia il-
bear.*

lulio & variatio sunt prohibita maxime clericis, ut abundè scripsi in repetitio. l. quod ius-
fit. in ratio. dubitandi. ff. de re iud.

Amplia siue sit vnus procurator, siue plures, ut omnibus notificari debet. de r.
*de appe. alias resignatio ab eo, qui nesciuit
se reuocatum facta, valet: quia in isto actu
sufficit iuris fictio, quae fingit mandatum
durare, antequam notificetur reuocatio.*

teste Bal. in c. audita. col. 2. de resi. spol. & licet d.
*Resignatio
cle. singulariter scripta sit, tamen si plures
facta per
interuenerint, locum habere debet, ut scri-
vnum si
bit iuriscons. in l. 1. §. item hoc edictum. ff. quod
plures sine
falso iuro. a. ubi. g. esse dicitur. in gl. nominatio-
constituti
nis. in §. presat. q. graduari. de coll. supra scripsi.
an valeat.*

[Si tamen quis constituerit plures procuratores ad resignandum sine clausula in-
solidum, valebit resignatio facta per vnū, quia in spiritualibus non habet locum c. si
duo. de procu. in 6. ut ibidem dicitur in §. si. sed
collator idoneiorū procuratorem eligit,
ideo si Papa vnus resignationem admit-
tat, valebit, nec obstat. c. si quis iusto. de elect.
in 6. vbi non debet admitti vnus, quando
duo sunt constituti. resp. loqui in actu ele-

tionis, quia possent in plura vota plures dirigere, quod secus est in resignatione, in qua non est nisi deolaratio solius vocatis, & facti, quod potest per vñ fieri, & non potest constituens prætereire interesse, siue sit resignatum per vñum, vel duos, cum vnus ita bene declarare voluntatis possit, sicut duo, sed in iudicialibus potest partis interesse, vt vnus sine alio non procedat, quia fortè agitur de distando articulos, vel respondendo, vbi pars capi potest, & ideo eligit vñum indutrium, & alterum non æquè, & voluit quod vterque actum expediret, & ipse constituens non deciperetur, & sic electa est industria personæ in his iudicialibus, sicut dicitur in l. si in tres ff. de arbit. quod non est in mera resignatione, si procurator resignauerit, vt pars voluit, in fauorem talis, prout fuerat cõstitutus, alioqui illuderetur Papæ, & collatoribus contra. c. bona. 2. de postul. prel. quod secus esset dicendum, si constituam Titium simpliciter ad resignandum, & Seius resignauerit, tunc resignatio non valebit, quia in omni actu debet interuenire voluntas & potestas, quæ potestas non interuenit, cum non esset procurator. ergo gestum ab eo nullum est. per capit. extirpanda. & capit. super. ibi. velic & possit. de preb. scripsi supra in §. i in verbo subire voluerit. de colla.]

Secundò, siue constitutus fuerit procurator clericus, siue laicus, nepe laicus procurator constitui potest ad presentandum mandatum, & insinuandù nominationes, vt scripsi in tract. nom. q. 14. num. 95. & ad acceptandum, & resignandum. doc. in c. accedens. de preb. gl. & Cardi. in dicta cle. vnica de renunc. & quia in his personis quo ad hoc non est ratio diuersitatis. ideo ius idem constituitur. l. illud ff. ad legem Aquil.

Tertiò, post concessam licentiam cedendi & obtentam cogitur quis cedere. c. quidam de renuncia. nec potest procuratorem, vel plures constitutos reuocare. gl. & doct. in verbo, cedendum. in dicta clem. quem in praxi vix seruaretur.

Quartò, etiam si sub conditione essent constituti procuratores, vel in diem, his etiam notificatio reuocationis fieri debet,

quia conditione euenta pro pure constitutis habentur. gl. in dicta cle. in verbo, libere. ubi dicitur de scriptis de hoc verbo, in §. prefatio. ordinarij in gl. du reuocari libere. de colla. in concord.

Quintò, reuocatio debet peruenire ad notitiam constituti procuratoris, vel collatoris, siue fuerit expressa reuocatio, siue tacita, quia illusio & variatio illi etiam inest, & ideo si quis constituat procuratores ad resignandum coram Papa, non poterit postea coram ordinario resignare, nisi collatori, aut procuratori constituto notificauerit, quia tacitum non debet plus operari quàm expressum. l. cum quid. vbi plene las. ff. certum petatur. & statutum in expresso habet locum in tacito. gl. in l. uem. quia in verbis male agitur. ff. de pact. & in l. 2. m. si ceri pet. de quia dicta clem. loquitur generaliter, quomodolibet duxerit reuocandum, ergo, de qualibet intelligitur reuocatione. l. i. §. ff. de leg. prefat. Tum etiam quia illuderetur Papæ, & collatio illius ex arbitrio partium pendere videretur, contra. c. bona. in 2. de postul. prel. & sic consuluit Barb. cons. 43. in 4. vol. & bis iudicatum fuit in senatu Burdegalesi pro ista sententia, vt assens. Boer. in d. 207. ad secundam. & sic debet fieri ista intimatio procuratori, siue collatori, alioqui ante notificationem procurator resignare iure poterit, & collator conferre. arg. l. si pre. ff. de offi. pre. sident. vbi addidi. & las. in l. more. col. 2. de iurisd. omnium iudicum.

Idem si quis constituerit secundum procuratorem, non tacite censetur primum reuocare. c. non iniuste. de procurator. l. si quis cum. §. l. ff. illo ri. Sed tamen non nocet ista constitutio secundi procuratoris, nisi reuocatio fuerit notificata procuratori, vel collatori. & ideo licet secundus procurator resignet ante primum non valebit, nisi notificata fuerit reuocatio. Quod facit contra eos, qui postquam constituerint vñum, vel plures procuratores ad resignandum in fauorem vnus, vt non possint alios constituere, nisi reuocatis primis, & notificatione facta ad hoc, vt constitutio secunda valeat.

Nisi quis in vno instrumento constituerit procuratores ad resignandum coram

Papa

Papa, aut ordinario, tunc poterit procura-
tor constitutus resignare coram ordinario
licet pars miserit ad Papam: nempe in al-
ternatiuis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo
quod ter. loco. & tunc non est variatio, nec il-
lusio, & sic cessat ratio. Inò facta resigna-
tione coram Papa, si non sit per resignata-
rium oneri ferendo habita signatura, po-
terit consentire, vt ordinarius sibi confet-
rat, & tunc videtur collationi Papæ renū-
ciare quatenus sibi repugnaret. & ordina-
rij collationē amplecti: nam potest quis re-
nunciare id quod est in fauorem suum in-
troducendum, vt est notum, & plures obtine-
re titulos. c. post electionem. de concess. preb. &
hoc sæpius fieri solet.

Habita si-
gnatura ab
ordinario
etiam reci-
pi solet col-
lato.

Casus in
quibus in-
timitatio fieri
non de-
bet.

Primò, fallit quando procurator esset cō-
stitutus per metum, vel vim, tunc reuoca-
tio etiam non intimata valebit per text. in
verbo, sponte à contrario in d. cle. vnica. vbi
gl. ponderat text. dicentem secus esse. si per
metum. quam ad hoc singularem clamat
Ioa. de Selua. in tracta. de benef. in 3. parte. q. 16.
Ideo text. ibi dicit liberè, vt superius dixi,
quia constitutus in libertate esse debet. [sic
consuluit Carolus R. inuis. cons. 121. quia. nu. 19. &
seq. in 4. vol.]

Reuocatio
per mortem
non exiget
intimitatio-
nem.

Secundo, fallit si reuocatio fieret per mor-
tem constituentis, tunc etiam non intima-
ta valebit, quia non est in hoc casu, qui pos-
sit notificare reuocationē, nec aliquis illu-
dit Papæ, nec est illusio vel variatio. teste Fel.
in c. ex parte decani. col. 10. vers. fallit. d. de resc. nā
mors omnia soluit. §. deinceps. in aut. de nupt.
colla. 4. ergo non est necessarium factum
hominis. l. euz. vbi doct. ff. si ceri. pet. Et man-
datum morte mandatis ipso iure finitur. l.
mandatum. vbi plenè scripsit Bal. C. mand.

Parti no-
tificatio re-
uocationis
fieri debet
in causa
permuta-
tionis.

Tertio, fallit quando procuratorium es-
set factum causa permutationis, tunc suffi-
ceret intimare parti re integra, quia tunc
pars altera, in dolo esset, si postea eam ex-
pediret. doc. in c. si. in fi. de procu. in 6. prob. Fel. in
d. c. ex parte decani. co. 8. vers. d. cl. i. Et quamvis
pars postea resignaret suum beneficiū, al-
tera tamen pars, quæ illi intimauit, non te-
retur resignare suū post notificationē. Et
ita fuit in hoc senatu iudicatum, vt refert D.
Probus in rub. de reu. in 6. in addit. ad lo. Monac.

quia permutatio non possit compleri nisi
vtraq. pars resignet suum beneficium, si re
integra pars alteri parti notificet nolle re-
signare, permutatio autem que initium capit
ex re, euanescit. l. 1. ff. de re. perm. & iurigen-
tium. in pr. vbi gl. & doc. de pact. ergo parti suf-
ficit intimare, facit. l. cum quis. §. ff. de solu.

Quarto, perdit officium regula ista in
procuratore constituto in fauorem, pro-
cuius reuocatione sufficit etiam parti, in
cuius fauorem factum est procuratorium
notificare, tum quod eadem ratio videatur
sicut in permutatione, tum quia quædam
videtur conuentio, & contractus inter cō-
stituentem procuratorem & acceptantē.
Igitur illa reuocatio notificari debet ei, cū
quo conuenit. l. si mandassem. ff. mand. & ista
sententia est valde æqua, quam tenet gl. in
verb. facien. in d. cl. vnica. §. 10. de Selua in tract.
de benef. in 3. parte. q. 16. & D. Prob. in add. ad Ioa.
Monac. in rub. de reu. in 6. in fi. & ista seruatur
in iudiciis, & maxime procedit, quādo pars
acceptatit notificationē reuocationis, di-
cens se contentā, & quod illo procuratorio
ad resignandum vti volebat, unò ei renun-
ciabat, tum quia fauori suo renunciare
possit. cap. diligenti. de foro compet. si postea
facit expedire, non valebit expeditio tan-
quam facta sine consensu resignantis. Ta-
men is qui reuocat tenetur ad omnes im-
pensas, quas pars cui datum erat procura-
torium fecit tam pro cursore mensulario,
quam pro aliis. per l. quidam. vbi Bar. ff. de do-
lo. & expressius Bal. in d. l. si mandassem. in rep. ff.
mand. & in l. mandatum. C. illo iur. facit. l. ff. de
eo, per quem factum erit. Barb. cons. 15. preclarè.
col. 3. in 2. vpl. Rom. sing. 284. procura. [Alioqui
dokus & fraus parti intimata: prodesset. cō-
tra c. ex tenore. de resc. & postquam certa est
persona: cui fieri debet intimatio, illi inti-
matio fieri potest, sicut dixi in permutatione,
nec minor ratio videtur in hac resigna-
tione in fauorem, sed quia olim non fiebat.
c. episc. & seq. ac per totum. §. q. a. Ideo fuit in-
troducū, vt collatori vel procuratori fie-
ret, quia certi sunt, sed cū pars in resignati-
one in fauorē, & causa permutationis certa
sit, intimatio illi parti fieri potest, nec reser-
gatur qđ cl. loquatur generaliter, verū est.

Parti inti-
matio re-
uocationis
fieri potest
quādo pro-
curator cō-
stitutus est
in fauorē.

Reuocatio
ad expen-
sas tau-
sur.



sed ex aliis iuribus restringitur, sicut de permutatione, & in aliis casibus & in isto in fauorem, & sic fuit nouissimè iudicatum in Senatu.]

Quintò, notificatio facta secretè à parte negata, quæ probari non potest, perinde erit, ac si facta non esset, nam paria sunt non esse, & non apparere. *l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. gl. in verbo, deducta. in d. cle. non negare in tamè intimationem fieri posse verbo, coram testibus dum notificata sit ei cui debet fieri, cum in d. cle. non dicatur scripturam necessariam. Et actus tantum valet sine scriptura, quantum cum scriptura. *l. partium quod bona fide. C. de part. & parè vim habent testes & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instr. Nec iste casus est de requiribus scripturam, quos scribit gl. in c. de censib. in 6. alioqui, si non inueniretur notarius reuocatio conualesceret, quod non videtur verum.**

Sextò, non sufficit si notificaretur cursori, quia non est satisfactum dictæ cle. vobis, notificari debere procuratori, vel collatori. *hoc docet Fel. in d. c. ex parte. col. 8. nec refragatur, si dicatur cursori esse in dolo, quia verum tacuit Resp. non esse in dolo, quia tacens verum non peccat, nisi sit in testem productus. *Im. in c. de crim. falsi. l. 1. in l. 1. C. si contra ius. Nec tenebatur credere hic cursori alteri, cum scriptus vnus alium decipiat, etiam conductus erat à domino. Ideo domino suo prodesse debebat, & d. cle. dicit reuocationem debere venire in notitiam collatoris, vel procuratoris, & cursor non est talis, &c.**

Septimò, vbi agitur de preiudicio solius reuocatis, valet reuocatio, etiam non intimata, & gesta per procuratorè postea sunt nulla. *Card. in d. cle. vnica. vnde procurator constitutus ad acceptandum, si fuerit reuocatus expresse, vel tacite, non poterit acceptare, etiam si reuocatio non fuerit notificata. *Doct. in c. si per illum rex. de procur. lib. 6. Bal. in rep. d. l. si mandasset. ff. mand. l. sed & focus. §. si absent. pro socio.**

Octauò, fallit in nuncio, per gl. in d. cle. vna. & in c. ubi domi. §. dist. quia verba in personam domini concipit, & est pica, & or-

ganum ipsius domini. *gl. in l. mulier. C. si quis alteri vel sibi. Bald. in c. audia. col. 2. de res. spol. tamen putarem renunciationem beneficii valere, si reuocatio non perueniret ad notitiam ipsius nuncij, quia ratio habet etiam locum in eo, scilicet ill' usio & variatio, ergo & dispositio, & ua doct. ibi. & Fel. in d. c. ex parte. col. 1. asserunt.*

Nonò, limitatur quando reuocatio esset intimata post resignationem, antequam tamen procurator consenserit, quia tunc notificatio valet, nec poterit postea procurator consentire, quia à consensu depedit omnis actus, nec sine illo valet aliquid. *l. si per errorem ff. de iuris. omni. iud. l. in negotiis de reg. iur. sed postquam procurator inuenitur reuocatus, non potest consentire, quia non est procurator, ergo postea gesta non valet. c. in mandato. de procur. Nec refragatur, quòd omnia non erant integra, quia resp. quo ad resignationem, in qua interuenire debet consensus resignantis, adhuc omnia esse integra, quia à suo consensu pendebat cessio beneficii, ergo post reuocationem consensus præstari non debet, si reuocatio perueniat ad eius notitiam. Imò dicit gl. in c. quomodo. de procura. in 6. Quòd si de mandato non fuit facta fides procuratori, tunc tenet reuocatio etiam non notificata, quòd etiam approbat Ioan. de Ana. conf. 25. vtrum presentario, & hoc est vile: nam cum in curia Roma. sub spe procuratorij mittendi interdum beneficium resignet procurator, antequàm tamen recipiat mandatum, valebit reuocatio, etiam non intimata procuratori, si non confidet de alio mandato, sic docet Alex. conf. 83. in causa. col. 2. & 3. in 7. vol. Ideo cauti non mittunt procuratoria, nisi quando opus est.*

Decimò, non valet reuocatio procuratoris intimati vni collatori, sed omnibus oportet notificare, qui conferre possunt, si quislibet in solidum hoc poterat. *gl. in verbo, facienda. in d. cle. vnica. scripti in tract. nominationum. quest. 14. nu. 80. Et ideo si reuocatio sit facta & intimata in cancellaria, & expeditio sit facta postea in camera, valebit dicta expeditio, vt plene scripsi pro domino Guilelmo Fab. & obtinuit in magno Regis*

Reuocatio sine scriptis an valeat.

Cursori intimata reuocatio non valet.

Reuocatio in preiudicium reuocatis valet.

Regis consilio, unde intimatio utriusque ca-
meræ fieri debet, affigendo ibidem saltem
pro foribus dictam reuocationem, & ut utriusque
collatori notificatio fiat, prout nota-
rat Ioann. Monach. in cap. cupientes. num. 22.
de elect. in 6. notificatio tamen facta episco-
po sufficit ad hoc ut vicarius eius iure
postea non conferre possit, ut scripsi in d. q.
14. Nam postquam reuocatus est episco-
pus, & eius vicarius reuocatus censetur, a
quo dependet potestas. ut in praxi benefi-
scripsi.

Notificari
parti quã
sufficiat
ad reuoca-
tionem.

Vndecimo, non procedit in eo, qui cõ-
stituit procuratorem ad consentiendam
recredentiæ, seu sententiæ manutenen-
tiæ habendæ, coram tali iudice, quia tunc
sufficit reuocationem parti intimari, per
cap. ex parte decani. de rescrip. ubi in iudicia-
libus sufficit reuocationem parti intima-
ri, quod ibi Fel. limitat, qui videri potest.
Et doct. in c. 2. de procurat. in 6. Bal. in l. 1. C. de sa-
risdando. Nec refragatur quod agatur de
beneficio, & ferè de renunciatione bene-
ficii, ergo debet seruari dispositio illius cl.
Respon. coram laicis fieri non potest iure
renunciatio, si iure fiat, illis oportet intima-
re, quia collatores sunt, an procuratori, sed
iudex non poterat conferre, licet senten-
tiam proferre posset, ergo illi non est inti-
menda reuocatio, sed sufficit parti factam
esse, & ita fertur in magno consilio iudi-
catum.

In generali
procurato-
rio parti
notificatio
facta va-
let.

Duodecimo, sufficit reuocationis inti-
matio parti, quando est procuratorium
generale, non nominato procuratore vel
factum ad resignandum coram quolibet
potestatem habente, quia per partem stare
quodammodo videtur quod reuocatio nõ
possit peruenire ad collatorem, vel procu-
ratorem, & tunc sufficit intimatio etiam
parti facta. d. cl. vna. Et ibi doct. Sic firmat Pro-
bus in d. rub. de renunciati. in fi. quamvis pro-
curatorium non valeat, si aliquis non fue-
rit procurator nominatus, quia est de sub-
stantia. vel saltem vnus procurator nomi-
natus sit. l. 2. ff. de procur. & tunc poterunt
postea addi alii, ut dicit seruari Boer. ut scri-
psi in gl. etiam cessionem. S. i. de nomina. regia. in
add. & sicut constitutus procurator debet

esse certus & specialis, ita & reuocatio Reuocatio
procuratoris, ad resignandum debet esse specialis
specialis. i. ex. in l. actio. e. §. actio. ibi, nisi pro-
hibuerit eum Dominus specialiter renunciare. ff.
pro soc. Plus dicit D. Probus, ubi supra, cau-
telam tunc esse, quando procuratoriũ est
generale, ut expediatur prouisio in fauorẽ
alterius, quàm illius cui fuit notificatio re-
uocationis facta, sed si ista cautela habere
locum, sequeretur, quod si procurator es-
set constitutus ad resignandum in meum
fauorem, si mihi notificaretur, quod ego
possem expedire in fauorẽ alterius, quod
non est dicendum, quia solet apponi clau-
sula, non aliter, nec aliàs, nec alio modo, de
qua alius scripsi, ergo non poterit fieri pro-
uisio in alterius fauorẽ, & notificatio iure
vni facta afficit alios. ut in d. cl. ymea. Et supra
dixi.

Decimotertiõ, quando staret per partẽ
quominus intimaret procuratori, aut col-
latori, tunc valebit reuocatio. i. ex. in d. cl. i. in
fi. ut si constituerim procuratorem ad resi-
gnandum in fauorem cuiusdam nobilis,
& postea eum vellem reuocare, & intima-
re procuratori, vel collatori, detruisit me
in carceres, vel dolo fecit, ut se absentaret
collator, & procurator, tunc valebit hoc
probata reuocatione, etiã secretè facta, vel
parti intimata Bonif. in d. cl. facit. l. quod re. i. ubi
plene doct. ff. si certi. per.

Decimoquartõ, fallit in procuratore
constituto ad presentandum, ut valeat re-
uocatio etiã non intimata, quia cle. loqui-
tur de procuratore ad cedendum, ergo in
alio locum non habebit, ut consultius Paul.
cõs. 36. venerabilis. vlt. duob. vol. i. ex nouiter im-
pressis, quem sequitur Aym. Crauet. in cons. 76.
proponitur. Et Cæs. Lamber. in tract. magno iuris
part. in i. 4. art. 4. q. prin. prime partis 2. lib. sed
ego nunc non discutio, alibi, dum operæ-
pretium fuerit, scripturus.

Procura-
tor consti-
tuus ad
presentan-
dum non
potest præ-
sentare
post reuo-
cationem
etiã non
notificatã.

[Et contrariũ tenui in praxi beneficia,
cum non inueniatur ratio diuersa inter
constitutum ad conferendum, vel ad præ-
sentandum, & tamen valet collatio facta
antequam fuerit reuocatio intimata vica-
rio. per l. si forte. ff. de offi. præf. Lud. Rom. sing. 57.
fuit que st. alia plenius ibi tractaui.

Ultimò sufficeret intimatio facta nota-
rio, antequam procuratorium esset expe-
ditum: quia tunc non est quòd parti inti-
mare debeat cum nihil habeat: sicut de
contractu, qui nondum est perfectus dicit
Paul. in l. contractus. C. de fid. instr. & si notari-
us post reuocationem illi intimatam ex-
pediret, procuratorium nõ valeret, & pu-
niri deberet tanquam falsarius, quia pro-
curatorium reuocatum habetur, ac si non
esset. arg. l. duo sunt. Titul. ff. de test. iur. si ipse
expediret contractum, qui nunquam fuit
factus, falsi puniretur sic, & hic facit cap. ex
parte decani. de res. c. in nostra. de procu. & ibi
doct.

Quomodo debeat ista intimatio fieri, ex
his quæ scripsi in tract. no. q. 14. decidere po-
teritis. Ista precor boni consulite, quia uti-
lissima, & non bene hæcenus elucidata.

*De firma & irreuocabili Concordia-
torum stabilitate.*

*Hæc conuentio Bononiæ facta vult inuolabi-
liter obseruari, vim contractus, & obligationis
inter conuenientes habere, & non posse in ali-
quo etiam per Papam his derogari, & in con-
trarium facta irrita decernit.*

T quia & ad supradictam
concordiam cum præfa-
to Francisco rege ob illi-
us sinceram deuotionem
quam erga nos & sedem prædictam
habet, quæ ad præstandam no-
bis reuerentiam, & filialem obe-
dientiam, ad ciuitatem nostram
Bononiæ personaliter venire di-
gnatus est, consentimus, illamq;
inuiolabiliter obseruari desidera-
mus: illam verò contractus & ob-
ligationis inter nos & sedem apo-
stolicam prædictam ex vna: & præ-
fatam Regem & regnum suum ex
altera partibus legitimè initi, vim

& robur obtinere, ac illi & præ-
sentibus in aliqua sui parte, per
quascumq; literas, & gratias per nos
& successores nostros de super cõ-
cedendas derogari, clausulamq;
cum earundem derogatione præ-
sentium tenore latissimè exten-
denda, ad quod eadem præsentis
literæ & earum tenor, pro expres-
sis habeantur in quibusuis suppli-
cationib; pro tempore signatis ap-
positam, nihil penitus operari, &
illius vigore in literis apostolicis
super ipsius supplicationib; confi-
ciendis, quicquam per quod præ-
sentib; aut alicui particulæ de cõ-
tentis in eis derogetur, seu dero-
gari videretur, narrari non possit. Et
sic per quoscumq; iudices & cõmis-

Et quia. Quatuor dicta ponit, ideo
quatuor habet partes. secunda, ibi,
volumus. tertia, ibi, & cum omni-
um. quarta, ibi, & nihilominus.

In 1. parte propter sinceram Francie
Regis deuotionem ad sedem Apostoli-
cam, quia venire dignatus est Bononiam
personaliter, ad præstandam reuerentiam
Papæ, concedit idem vt concordatum in-
uiolabiliter obseruetur, id est, sine viola-
tione & corruptione. exponit glo. in §. i. in
sacramenta. de pace tenenda & iuramento fir-
man. adeo vt hoc verbum inuiolabiliter
tollat dispensationem in contrarium, vi-
delicet vt Papa non possit dispensare, nec
Rex. gl. & doct. in auth. sacramenta. C. si aduer-
sari. aliõqui inuolabiliter non obserua-
rentur.

sarios, etiam causarum dicti pa-
latii Apostolici auditores, & præ-
fata Romanæ Ecclesiæ cardina-
les, in quibusuis causis super præ-
missis, vel eorum aliquo pro tem-
pore